



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

DE IVREPATRONATVS.

Cap. VI.

S V M M A R I V M .

- 2 **I**uripatronatus pluribus modis probatur, & acquiritur.
- 2 **I**uripatronatus probatur authentico documento foundationis, vel dotationis. Instrumentum publicum dicitur, cui soli creditur sine alio administrculo, ibidem.
- 3 **I**uripatronatus probatur ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum.
- 4 **I**uripatronatus probatur per scripturam sculptam in marmore, & lapide in loco publico, quando praecepsit tempus antiquum.
- 5 Tempus immemorabile dicitur tempus centum annorum, ibidem.
- 6 **I**uripatronatus, si est probandum per tempus immemorabile per testes, sufficit probatio sexagenaria, aut septuagenaria vel octogenaria.
- 7 **I**uripatronatus presumitur ex usurpatione in personis potentibus, communitatibus, & Universitatibus, in quibus exactior probatio requiritur ad docendum titulum.
- 8 Quid dicendum de aliis patronatibus.
- 8 probans, se quadragesima annos presentasse, & esse in possessione, vel quasi possessione presentandi, ad presentandum admitti non debet, nisi probata immemorabiliter.
- 9 Presentati a patronis debent examinari, & si idonei non fuerint, ab Episcopo possunt repelli, a quo etiam sunt examinandi, licet institutio pertineat ad inferiores.
- 10 Presentatorum ad parochiales juris patronatus laicorum examen fieri debet coram Episcopo, vel ejus vicario ab examinatoribus synodalibus non paucioribus tribus.
- 11 Presentatio ab beneficium jurispatronatus Episcopo loci Ordinario, & non inferiori, cessante privilegio, fieri debet.
- 12 Patronus unum, aut plures presentare potest, tamen in jurepatronatus Laicorum non requiritur concursus, & numerum sufficit presentari.
- 13 Si duo presentati eque idonei ab examinatorebus fuerint judicati, elecio dignioris ad quem spectet.
- 14 **I**uripatronatus ecclesiasticum, & laicale, quomodo differant, & num. seq.
- 15 **I**uripatronatus, sive laicali, sive ecclesiastico, an Papa derogare possit, & quomodo.
- 16 Patronus non debet se ingerere in fructibus beneficii sui jurispatronatus, alias incidit in penam excommunicationis, & privationis.
- 17 Accessiones per viam unionis facte de beneficiis liberis ad ecclesiastis jurispatronatus, etiā laicorum, subjectas, an fieri possint.
- 18 Uniones à 40. annis citra facta possunt ab Ordinariis locorum examinari, secundum in factis supra 40. annos.
- 19 Patronatus omnes acquisiti, & acquirendi ab Ordinariis examinari, & cognosci possunt.
- 20 Beneficia libera non possunt in servitudo



- item jurispatronatus redigi, absque evi-
denti ecclesiæ utilitate.
- 21 Ecclesiæ absque consensu Sedis Apostoli-
æ cum eorum bonis possidere, nemini
laico licet.
22. Iurispatronatus validatio, vel invali-
ditatis cognitio, ad Episcopum spectat,
& an ad alios.
- 23 Patronus laicus quadrimestre tempus ha-
bet ad præsentandum, ecclesiasticus ve-
rò habet semestre.
- 24 Præsentatio spectans ad patronum ecclæ-
siasticum, & laicum simul, debet fieri
intra sex menses favore communio-
nis.
- Indivisum quis retinet per socium, quod per
se non potest, ibidem.
- 25 Iuspatronatus acquiritur fundatione, do-
tatione, successione, donatione, & aliis
multis modis.
- 26 Ecclesiæ præsumuntur regulariter liberae,
nisi contrarium probetur, & in Episco-
pi potestate consistunt, in cujus territo-
rio sunt posita.
- 27 Episcopus, an invitis patronis possit bene-
ficio de rectore providere, quando su-
per jurepatronatus lutoritur, unde in-
- tra quadrimestre, vel semestre litis fi-
niū imponi non contingat.
- 28 Præsentatus ab eo qui favorabilem repor-
tavit sententiam, an lite finita debeat
institui & provisus ab Episcopo remo-
veri,
- Concessum illegitimè, pro non concesso habe-
tur, ibidem.
- 29 Iuspatronatus laicorum si postea dona-
tio[n]e, testamento, aut alio quovia titulo
in ecclesiam fuerit translatum, an re-
tineat qualitatem jurispatronatus lai-
corum, vel mutet naturam,
- 30 Iuspatronatus Fraternitatum, an sit di-
cendum mere laicale.
- 31 Iuspatronatus, quibus, & quot modis a-
mittatur.
- 32 Iuspatronatus non transit ad fiscum cum
universitate bonorum, sed liberatur
beneficiu[m].
- 34 Iuspatronatus est mere spirituale.
- 35 Iudex laicus est incapax cognitionis cau-
sa jurispatronatus.
- 36 Iuspatronatus per confiscationem omni-
um bonorum auctoritate judicis ecclæ-
siastici saltam amittitur.
- 37 Fiscus nunquam moritur.

SI C U T Legitima patronorum iura
(de quibus a reservationum tractatu-
cūm sub ipsas non cadant, pauca hic
sumus dicturi) tollere, piasque fidelium
volantates in eorum institutione violare,
æquum non est, sic etiam, ut hoc colore
beneficia ecclesiastica in servitatem, quod
à multis imprudenter fit, redigantur, non
est permitendum, cap. p[ro]i[mo] mentu[rum], frigen-
tiae, c. decernimus, c. monasterium, c. rationis
ordo, c. qu. 7. c. nobis, de jur. patr. & concil.
Trident. c. 9. in princ. de refor. s. ff. 25.

Ideo decrevit sancta synodus, ut titulus
jurispatronatus sit ex fundatione, vel dota-
tione, qui ex authentico documento, & aliis
à jure requisitis ostendatur, sive etiam ex
multiplicatis præstationibus per antiquis-
timum temporis cursum, quihominū me-
moriā excedat, aliasve secundum juris dis-
positionem, ut eod. c. 9. de refor. vers. & igi-
tur, requisita à juris dispositione, ad acqui-
rendum juspatronatus concurrunt, si quis
præbeat fundum, pro constructione ecclæ-
siæ, c. nobis, de jure patr. c. Abbat. 2. 18. q. 2. i[n]